

BX 1757

C5

V.3

1768

SPICILEGIUM

DE SACRAMENTIS



ALFONSO



FONDO VALVERDE Y TELLEZ

LIBER OCTAVUS DE SACRAMENTIS.

SACRAMENTA IN GENERE.
BAPTISMUS.
CONFIRMATIO.
EUCCHARISTIA EXTRA USUM.
*Sacra Communio.
Sacer Sanguis Christi.
Sacrificium Missæ.
SS. Viaticum.*

POENITENTIA. POENITENS.
*Confessio.
Confessio generalis.
Conversio. Lacrymæ.
Proposium. Satisfactio.*
EXTRIMA UNCTIO.
ORDO.
MATRIMONIUM.

SACRAMENTA.

1. *Sunt Medicinæ, quæ fluxerunt e latere Christi.*

Joan. 9.



Ade & lavare in Natoria Siloe: Siloe idem est ac Missus; Sacramenta enim sunt fontes profluentes ex latere Missi, seu Christi, quibus animæ a lepra peccatorum sicut Naaman, lavantur, & mundantur. S. punct. 37. fol. 722.

Nunquid resina non est in Galaad? Cardinalis Hugo ait: Resina sunt Sacramenta, quæ profluxerunt a threbintho, id est Christo. B. Serm. 70. num. 6.

S. Augustinus ait: Dormit Adam, ut fiat Eva, moritur Christus, ut fiat Ecclesia, & Sacramenta. C. Gen. fol. 74. col. 2.

Sponsa laudatorem sponsum comparat illum vineis Engaddi, quia illæ vites, si feindantur, balsamum stillant: ita Christus vulneratus Sacramentorum medicinam stillavit. A. 1. lect. 2. n. 17.

Sicut aqueductus influens in civitatem ad unum aliquem locum communem pervenit, unde per angustiores fistulas in varias zdes, hortos, aliaque loca distribuitur: ita cum virtus passionis Christi fons & origo sit salutis humanæ, per varios Sacramentorum canales ad alios, atque alios effectus distribuitur. Ludovic. Granat. Tom. 1. fol. 1054. col. 2.

2. *Quid sint Sacramenta.*

Sunt septem vasa, in quibus JESU Christi sanguis collectus continetur. Sunt

septem serinia, in quibus pretiosissimi gratiarum & virtutum thesauri reconditi manent. Sunt septem fontes Salvatoris, ex quibus haurimus in gaudio aquarum vivarum abundantiam. Lud. de Pont. de Perfect. Chr. tr. 2. fol. 171.

Sunt septem Ecclesie Planete; sicut enim septem Planete virtute & influxu suo totum hoc universum regunt: ita etiam per septem Sacramenta in animabus nostris omnia virtutum & gratiarum genera producuntur. Lud. Granat. Catech. Min. c. 6. fol. 85.

Sunt veluti corporis Ecclesiastici nervi a Christo tanquam capite prodeutes, per quos spiritalis sensus & motus in omnia ejus membra derivantur. Quo fit, ut spiritalibus his nervis sublati in spiritali paralyfin hoc est insensibilitatem omnia membra incidunt, quod illis accidit, qui vix unquam ad sancta hæc mysteria accedunt. Lud. Gran. 1. fol. 1054.

Sunt septem lucernæ in tabernaculo Dei dispellentes tenebras peccatorum: sunt septem rivi, in quos dividitur magnum flumen gratiæ in Paradiso celesti, quod circuit Ægyptum hujus mundi: sunt septemplex lavacrum Naamani: sunt septem sigilla libri vite &c. Fornerus in Psal. 50. conc. 37. num. 9. 12. & seq.

Quid sit Sacramentum, quodammodo patet ex etymologia nominis: sicut enim *resamentum* est, quod ultimam voluntatem testatur: *condimentum*, quod cibos condit: *Medicamentum*, quod medetur: *adjumentum*, quod adjuvat, &c. ita *Sacramentum*, quod facrat.

3. Instituta sunt a Christo Domino.

S. Ambrosius, l. 4. de Sacramentis.

Auctor Sacramentorum quis est, nisi Dominus JESUS. De celo ista Sacramenta venerunt, ait S. Ambrosius. Christus Dominus Ecclesie suae & Apostolorum potestatem dedit instituendi dies Festos, ritus, & caeremonias; Sacramentorum autem institutionem sibi reservavit, quia sunt thesaurus mystici sui regni, & quia suam potentiam, sapientiam, providentiam, misericordiam & alia attributa ad institutionem Sacramentorum adhibere debuit. Et adhuc per vilissima elementa sicut creaturas novas, per aliquot guttulae aquae infundit gratiam & supernaturales habitus. Le Jeune p. 6. Sermon. 20. Litt. A. & seq.

Et certe expedit, ut Christus institueret Sacramenta; si enim Divina Providentia corporibus curandis tam multas herbarum vires esse voluit; consequens est, spiritualia medicamenta animarum morbis curandis, qui graviores sunt, procurari non minus debuisset. Ludov. Granat. F. 1. fol. 1054. col. 2.

20. 21.

Christus instituit Sacramenta, ut Filios Dei qui erant dispersi, congregaret in unum. Consequenter Sacramenta sunt signa, quibus fideles per omnia mundi regna dispersi dignoscuntur. In nullam mentem Religionis... conulari homines possunt, nisi aliquo Sacramentorum visibilibus consortio colligentur, ait S. Augustinus. Le Jeune p. 7. Sermon. 20. Litt. E.

S. Aug. Tom. 7. l. 2. contra Vanit. 1.

Instituit Sacramenta, ut sint signa distinctiva populi fidelis ab infidele; sicut milites per signa bellica discernuntur, & loca sacra a profanis; ita nec Sancti in suam communionem admittunt, qui careant signis Sacramentorum. Fornerius in Psk. 59. conc. 37. n. 8.

Ad mentem S. Thomae Christus in triplicem finem instituit Sacramenta: 1. Ut sint signa rememorativa Passionis praeteritae. 2. Ut sint signa demonstrativa praesentis gratiae. 3. Ut sint signa prognostica futurae vitae. Ardas p. 3. infr. I. nu. 8. Marchant. tr. 1. de Sacram. lect. 1.

4. Cur a Christo instituta.

1. Quia connaturalis est homini, per sensibilia, & corporalia ad spiritualia intelligenda deduci; animus enim noster in hoc corpore velut carcere inclusus sensuum ministerio opus habet, nec potest sine hoc adminiculo ad Divina capere erant assurgere. 2. Ut essent

voluntatis Divinae erga nos testimonia; & quasi sigilla. Licet enim Dei promissiones sint infallibiles, solet tamen eas in rebus magni momenti exterioribus signis confirmare, sic promissionem Noem factam de non reiterando diluvio per iridem, sicutus cum Abraham initium per circumcissionem, potestatem Moysi datam per prodigiosam virgam confirmavit. 3. Ut essent notae & symbola sanctae Religionis, & professionis Christianae, quibus Ecclesiae filii sese mutuo agnoscant, & ab infidelibus distinguantur. 4. Ut essent medicamenta & salutis remedia, quia ad amaram firmitatem vel conservandam vel recuperandam, virtutem suam habent ex passione, & vulneribus Christi, eum in modum, quo Samaritanus curam habuit vitiatoris vulnerati. 5. Ut sint remedia ad retundendam hominis superbiam, qui dum peccando rebus corporalibus se subjicit, in penam humiliare se cogitur, & sensibilibus elementis ad capiendam remedium se subjicere. Admiranda haec est Dei sapientia, dicente Apostolo: Quia in sapientia Dei non cognovit mundus Deum, placuit per stultitiam praedicationis salvos facere credentes. Marchant. Tr. 1. de Sacram. lect. 1. Prop. 2.

in Cor. 1.

5. Sunt signa collativa gratiae significantis.

Signa instituta ab homine nec habent proportionem ad rem significatam, nec operantur effectum significatum, sed sunt signa ad placitum v. g. pulsus campanae ad rem Divinam, haedera vini vendibilis &c. sed signa instituta a Christo sunt operativa gratiae, &c. Le Jeune p. 6. Sermon. 20. Litt. F.

Christus ipse est figura aliqua Sacramentorum: Accessit Verbum Divinum ad 5. Thomae l. 2. q. 86. 2. 6. in 2. humanitatis, & factus est Christus: accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum. Le Jeune ibid.

Sicut Pater ille, ut filium prodigum vestiret, iussit famulos afferre stolam primam; ita Christus Sacerdotibus bac potestatem vestendi & ornandi animas &c. Lud. de Pont. de pers. Chr. fol. 84.

Debuere autem haec signa extrinsecus esse sensibilia, quia homo corpore & anima constat, & etiam in Veteri Testamento Deus gratias suas per signa sensibilia, ut per iridem, per ficum vellus, per sanguinem agni, atque populo demonstravit. Fornerius in Psk. 59. conc. 37. n. 7. 1.

Triplacis generis sunt signa 1. Naturalia, ut fumus ignis. 2. Ex institutione hominum, ut haedera vini venalis. 3. Ex institutione Christi, ut sunt Sacramenta, quae operantur effectum gratiae ex meritis & passione Christi, & insuper sunt bafes ac columna, quibus superstruitur, & in unum corpus compaginatur Ecclesia. Sapientia edificavit sibi domum, ex Prov. 9. cecidit columna septem, &c. Marchant. tr. 1. de Sacram. lect. 1.

Haereticidicunt, Sacramenta nihil operari, sed tantum esse signa, quae fidem excitant; praeterquam enim, quod quaelibet imago, aut verbum exhortatorium fidem excitare possint, quia sint Sacramenta, id certo falsum est de Sacramento Baptismi, de quo Scriptura dicit: Quod sit lavacrum aquae in verbo vitae, quod mundet, quod regeneret. Insuper explodit illos S. Gregorius Nyssenus, illosque comparat filio prodigo, qui cum panibus abundaret in domo paterna, abiit in regionem longinquam, & filiquas pro pane elegit. Marchant. tr. de Sacram. lect. 3. prop. 3.

6. Sunt adjumenta efficacissima ad salutem.

Sacramenta per donum gratiae faciunt animam Dei filiam, sponsam, templum Spiritus Sancti, & heredem caelestis gloriae. Gratia haec animam Deo similem reddit per participationem Divinae naturae, eum in modum, quo ferrum ignitum simile igni, speculum illuminatum a sole simile est soli, sicuti ruitur per vestem regalem similis est filiae regis. Marchant. Tr. de Sacram. lect. 3. prop. 1.

Licet excellentia gratiae Sacramentalis comprehendere non possit, cognoscat tamen potest ex effectibus: nam 1. tantum pulchritudinem conferat animae, ut Deus non possit non illam amare, quia videt suam pulchritudinem tanquam in speculo resplendentem. 2. Imperit fortitudinem animae, velut armatura hominem fortificans: est scutum, protegens, & coronans: quilibet gradus gratiae, ait S. Thomas, sufficit ad vincendas tentationes, quia semper adjunctum habet speciale auxilium Dei. 3. Reddit omnia opera meritoria, & digna virtutem, licet sint mere naturalia, ut bibere, dormire, ambulare; cum enim procedunt a gratia, sortuntur proportionem ad gloriam. 4. Efficit hominem Dei filium, & heredem, quod summum bonum est: Gaudete, quod nomina vestra. D. Claus Spick, univ. Paris III.

scripta sint in cellis. Marchant. tr. de Sacram. lect. 3. prop. 1.

Haec gratia Sacramentalis est potens contra diabolum: S. Gregorius damonem ex delubro expellit, & tribus verbis iterum reducit, admirante sacrificulo, qui incuitu hujus potestatis conversus est. Idem lect. 2. prop. 3. in fin.

7. Non perdunt suam virtutem ex improbitate ministrorum.

S. Augustinus ait de Baptismo: Petrus baptizet, hic est qui baptizat: Paulus baptizet, hic est qui baptizat: Judas baptizet, hic est qui baptizat. Actiones Sacramentales a Christo tanquam causa principali, & Ministro tanquam causa instrumentali proveniunt, ita, ut non tam minister, quam per hunc ipse Dei filius dicit: Ego te absolvo, ungo, baptizo &c. Le Jeune p. 2. Sermon. 13. Litt. D.

Sicut quoque annuli sigillares unus aureus & alter ferreus aequae bene in ceram imprimunt imaginem & insignia, ait S. Greg. Naz. Ita Sacerdos ferreus id est malus, tam bene baptizat & absolvit, quam aureus id est bonus. Lud. de Ponte de Pers. Chr. tr. 2. fol. 173.

S. Aug. tr. 6. in Joann.

S. Greg. Naz. orat. de Bapt.

S. Franciscus Sacerdotis manus, quem haereticus tanquam secleratum concubinarum accusabat, pie osculatus est, dicens; quod haec manus, etsi male essent, inquinare non possent efficaciam Sacramentorum. E. Sacerdos n. 1.

Sacramenta sunt causae instrumentales nostrae sanctificationis, causa autem efficiens est Deus, qui movet hoc instrumentum sicut manus gladium. Vis aliam similitudinem? In candelabro templi erant septem lucernae, & in summitate candelabri lampas, fex insularum olei. Sacramenta sunt septem lucernae, quibus dantur septem gratiae, fex dona Sancti Spiritus, lampas autem cum oleo, quo nutriuntur lucernae, est Christus Dominus cum infinitis suis meritis. Unde patet, omnem efficaciam Sacramentorum derivari a Ministro principali Christo, non secundario, id est, homine. Marchant. Tract. de Sacram. lect. 3. prop. 3.

Zach. 4.

Eundem in sensum Sacramenta dicuntur vasa plena sanguine Christi. Ibidem. S. Apostolus Paulus ait: Ego plantavi, Apollo rigavit, Deus autem incrementum dedit. Sed neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dedit Deus. Sicut ergo planta non obest plantantis aut rigantis improbitas, A 3 bitas,

6
bitas, & sicut femini non nocet, quod imunda manu semineur, dummodo terra fit disposita, & ros cali, ac foliorum accedant; ita improbitas ministrum non nocet Sacramento, quia gratia Dei a Christo per eius ministerium in corde fertur. A meliori ergo ministro non confertur maior gratia, quam ab improbo, si fit aequalis suscipiens dispositio, &c. Marchant. tract. de Sacram. Lect. 7. prop. 1.

8. Conferuntur miraculose.

S. Pachomius prima nocte post susceptum in anno vigesimo Baptismum, in somniis vidit rorem caelestem super dexteram manum suam desluentem, qui in mel convertebatur, & audivique vocem: Pachomi aperit oculos cordis tui, quia ros fons hic flor, & mellita pluvia signum est gratiae, qua per Baptismum cor tuum, tanquam rore caelesti est perfusum. Marchant. tr. de Sacram. Lect. 3. prop. 3.

S. Maria Ogniacensis, dum infantem e Baptismo levat, vidit visibiliter Spiritum Sanctum in animam pueri descendere, & Angelorum multitudine circumdari: Item jam antea vidit per exorcismos demonem in fugam agi. Ibid.

Cum S. Martinus Sacramenta ministrabat, globus igneus, & pellucidus caput eius ambiit, in signum gratiae, & lucis interioris quam in se habebat, & alius per Sacramenta communicabat. Ibidem.

In Ordinatione S. Remigii radius novi luminis descendit super caput eius, ac si ipse sol de caelo super ipsum descenderet. Sensit insuper Sanctus capiti suo liquoris calidus superinfundi, ad significandam gratiam interiolem, quam in anima receperat. Ibidem.

S. Joannes Episcopus cum baptizaretur audita est suavissima Angelorum musica. Supra verticem S. Modesti, & S. Caroli Borromei in Baptismo visus est fulgor caelestis, in modum radii solaris nitidissimi. Idem Lect. 7. prop. 1.

9. Per actionem externam symbolizant effectum internum.

Christus instituit Sacramenta visibilibus signis, quae non tantum gratiam conferunt, sed etiam operationem gratiae in anima significant: v. g. materiam Baptismi elegit aquam, non vinum aut oleum, quia sicut aqua extrinsecus corpus lavat, ita gratia Baptismi animam mundat. Materiam Confirmationis elegit oleum,

quia sicut oleum confortat corpus: ita hoc Sacramentum roborat animam. Materiam Eucharistiae elegit panem, quia sicut panis stomachum bene valentem, ita Eucharistia animam iustam confortat. Le Jeune p. 3. Sermon. 14. Litt. L.

Sacramenta omnia constant materia & forma: v. g. Aqua, oleo, pane, seu ablutione, unctio, sumptione, & haec materia est valde adhuc indifferens ad significandum. Cum autem accedunt verba Sacramentalia, per modum formae determinant materiam ad significationem rei, quae geritur, & complent Sacramentum, v. g. Aqua est indifferens ad refrigerandum, & lavandum, cum tamen accedit forma Baptismi, jam clarescit, illam ad emundationem, seu lotionem spirituales applicari. *Accedit verbum ad elementum, sicut S. Augustinus, & sic Sacramento.* 5. Aug. 17. 80. 18. *Joanni.*

Sed quaeris: cur Dominus Deus rebus corporeis tantam virtutem voluit alligare? Respondeo causam esse:
1. Sicut Deus Verbum Divinum carni humanae per Incarnationem alligare voluit, ita ut in ipso omnis gratia, & salus nostra contineretur: Ita Sacramenta salutis instrumenta voluit Verbo Divino conformari, dum rei sensibilis verbum intelligibile, communicativum gratiae & salutis voluit uniri.

2. Cum homo consistat anima & corpore, conveniens fuit illi proportionari Sacramentorum remedia, quae per rem sensibilem corpus tangunt, & per verbum animam sanctificant per gratiam, & Divinitatis participationem.

3. Per verbum facta sunt omnia: *Divinitus Dominus, fiat lux, & facta est lux:* Ergo conveniens est, ut & per Verbum repararentur omnia, ut per Verbum mysticum simus nova creatura, prout dicit S. Petrus de Baptismo: *Renati estis non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per verbum Dei.* Marchant. Tr. de Sacram. Lect. 2. Prop. 1.

10. Infirmitur per absumum suscipientium.

Christus inter septem candelabra apparuit emungens, & mundans lumina. Per septem candelabra possunt intelligi septem Sacramenta. O quantum indigent emungi & mundari! Baptismus mucum contrahit, quia gratia illius cito perditur. Eucharistia mucum contrahit, quia indigne, aut languida cum preparatione devoratur. Poenitentia mucum

cum contrahit, quia nulla sequitur emendatio. Extrema unctio mucum contrahit, quia horretur tanquam Sacramentum mortiferum. Matrimonium mucum contrahit, quia ex pessimis finibus initur. E Christi ore processit gladius utraque parte acutus, hunc timeant illi profanatores Sacramentorum.

Memendum est, ne his, & similibus, qui Sacramenta ex consuetudine magis, quam ex devotione frequentant, in ipso mortis articulo parum proficit.

Joab licet confugerit ad altare, tamen interfectus est, quia alias nunquam solutus est ad altare confugere: ita iis qui solum in articulo mortis Sacramenta petunt, & in vita parum iis utuntur, parum aut nihil proderunt. Leo a S. Laur. Quadr. fol. 213.

Idem fere dicendum de iis, qui impudenter lingua Sacramenta inhonorant, quod species est blasphemiae. Cum ex ingrato, inopinatoque casu bilis illis commoveretur, in mille Sacramenta erumpunt. An putant hi temerarii, sanctissimos ritus, quos torres blasphemarunt, illis multum profuturos, nisi austeram poenitentia delictum expient? Viderint ipsi!

11. Sunt ad salutem necessaria.

Quamdiu homo in Paradiso iustitiam originale conservabat, non indigebat medicis, & medicinis, dicente Christo: *Non est opus bene habentibus Medicus, sed male habentibus.* Post lapsum autem Adami, ingruentibus periculosis animarum morbis congrua etiam remedia institui & parari oportebat. Fornerus in Psal. Miserere conc. 37. n. 1.

Cum in humano corpore humores corrumpuntur, aut sanguis tabescit, medicinis opus est: Patem in modum in mystico Christi corpore membra infirmum, opus est Sacramentis. Fornerus in Psal. 50. conc. 37. n. 2. & seq.

Ad conservandam vitam corporalem triplicis generis dantur phaemacia: Praeservativa, Curativa, & Confortativa. Talia remedia ad conservandam vitam animae sunt Sacramenta: *Praeservativa* praecipue sunt Confirmatio & Extrema unctio, quorum illud contra tentationes in materia fidei, istud contra suggestiones diaboli in ultima lucta praemunet. *Curativa* sunt Baptismus, & Poenitentia, quorum primum a pestifera lue peccati originalis, alterum a lentali agitudine peccati actualis animam sanat. *Confortativa* sunt quidem omnia indifferencia

per gratiam, praecipue vero Sacramentum Eucharistiae, quod robur caelestis tribuit, ne homo in pristinis peccata relabatur, & ut in virtute semper crescat, & ad salutem proficiat. Porro sicut ad conservandam vitam corporalem insuper dari debent Medicis & petiti, qui docent, quomodo vita per conservanda valetudine prudenter coordinanda sit: ita Ordinis & Matrimonii Sacramentum institutum est, ut Sacerdotes per praecipua Dei, & conjuges per bonam educationem liberorum animas dirigant, instruantque, quomodo pie vivere, & contra morbos spirituales sanctissima haec remedia ad salutem aeternam usurpare debeant. Sibi ipsi culpam sui interitus impet, qui non vult adhibere remedia tam salutariter instituta.

12. Exigunt nostram cooperationem.

Causae universales non producant effectus particulares, nisi adhibitis particularibus causis, sic caelum non generat animal aut criticum, nisi animalis aut causticis granis semine adjuncto; cum ergo nostrae salutis causa universalis sit passio Christi medicantibus Sacramentis nobis applicata, necesse est, ut nostra dispositione Religiose cooperemur. Fornerus in Psal. 50. conc. 37. num. 6.

Cur non est obdura cicatrix filiae populi mei? An Medicus non est in Galaad? an Jesum Sacerdotes: an medicos? Nihil simile, sed morbi animarum non curantur ex defectu applicationis aut dispositionis. Leo a S. Laur. in Quadr. fol. 169. n. 15.

Paralyticus quatuor, vis sanus fieri, ut sanitatem consequeretur, debuit tollere grabatum suum: ita & nobis Sacramenta non prodeunt nisi tollamus occasionem, pravas consuetudines, & gratiae Dei cooperemur. Leo a S. Laur. Quadr. fol. 161.

Elites prodigiosae multiplicavit oleum viduae, justique illi asserit plurima vasa, quae implevit, ut solvere sua debita & de reliquo viveret. Ita necesse est ut afferamus vasa id est corda vacua: oleum enim gratiae non deficiet, si non deficient vasa. Lud. de Pont. de petf. Chr. tr. 2. fol. 172.

Probatice Piscina erat contra omnes infirmitates saluberrima, & tamen ibi inveniebatur homo habens triginta & octo annos in infirmitate sua, quia non applicavit sibi aquam salubrem. Leo a S. Laur. Quadr. fol. 170.

cap. 8. Eunuchus Regine Candacis visa aqua dixit: *Quid prohibet baptizari*. Dicunt Christiane quid prohibet te sumere Sacramenta? an Deus? an Diabolus? an Angelus? Nihil nisi tua volentis malitia. Leo a S. Laur. fol. 173.

BAPTISMUS.

13. *Induit nos veste Christi, & gratia.*

14. *Istabo super omnes, qui induti sunt veste peregrina.* Sanctus Hieronymus ait: Propria vestis est, quam quisque induit in Baptismo: Christi virtutes, & gesta imitetur. S. punct. 134. fol. 422. in fine.

Sanctus Mathaeus generationem Christi enarrat descendendo, Sanctus Lucas vero ascendendo, donec perveniat usque ad Deum. Cur? quia Sanctus Lucas loquitur de Christo post Baptismum, qui elevat ad gratiam, & Deum. M. conc. 34. aff. 2. n. 2. 3.

Familiam
Strada
de Bell.
belg. 1.
10. ann.
1178.

Philippus II. Hispaniarum Rex Joannem Austriacum, qui apud Aloysium Guiscardam Venotorem humiliter fuit educatus, ut fratrem recipit, & ut Principem aula instruit. Sic Christus Dominus Christianum per Baptismi Sacramentum recipit in filium.

Baptizati accipiebant vestem candidam in Baptismo, tum ut memores essent candorem animae in hoc Sacramento acceptum, servandum esse usque ad extremum vitae spiritum, tum ut laetitiam spirituales, & spem resurrectionis beatæ ipso habitu ostenderent, tum ut libertatem per Christum adeptam indicarent, sic servis quando manumittebantur, dabatur vestis alba. C. 1. Petr. 2. v. 16.

Fideles ab ipso Baptismo calceabantur calcis albis 1. ut significetur eos libertate Christiana donari; servi enim incedebant nudipedes. 2. Ut signum essent, eos in possessionem filiorum Dei imitari. 3. Ut memores essent mortis Christi; calcem enim sicut de excoxiatis animalibus. 4. Ut cauti essent ad castodiendam vestigia a vulnere peccati, &c. C. 1. Petr. 2. v. 16. Et Ezech. 16. v. 10.

14. *Deposuit ad Dei servitium.*

Maledictus, qui susceperit Jericho. Quis ergo est, qui diruit urbem Jericho refuscitavit? Sanctus Eucherius ait: Cum quis ad agenda scelera, quo ei Dominus JESUS in die baptismatis donaverat, redit, quasque ipse anathematizaverat

diaboli pompas luxuriose vivendo repetit; ruinas Jericho refuscitavit. B. Serm. 41. §. 1.

Sicut miles pro Domino, cui juravit; ita Baptizatus pro Deo, contra demonem mundum, carnem pugnare tenetur: *Venisti ad aquam Baptismi, ait Origines, istud est certaminis, & pugna spiritualis initium: hinc tibi adversus Zabium nascitur pugnae principium.* C. Eccli. 2. v. 1.

Sicut Ecclesia per Episcopum consecratur Deo; ita Christianus in Baptismo ad Dei servitium deputatur. Margaritae in conchis sale a piscatoribus obruuntur, & tunc sponte e concha excidunt. VV. art. Discurs. font. 48. n. 12. Ita in Baptismo infans sale pascitur, ut discat se ab omnibus rebus temporalibus, etiam a parentibus, & patria avellere.

Olim in Baptismo fidem Christianam professori oculos & manum dexteram ad caelum erigentes, iurjurando coram testibus se ad Dei servitium obstringebant, iurjurandum annulo subfiguratum in tabulis referebatur, & manu Baptizati subscribebatur. C. 1. Petr. 3. v. 21.

Baptismi gratia a Sanctis Patribus vocatur *lesera militis Christiani*: sicut ergo miles pro Rege Domino suo tenetur pugnare usque ad sanguinem; ita Christianus tenetur pugnare pro Deo, contra mundum, carnem, & demonem. C. 1. Petr. 2. v. 21.

15. *Gratia, quam confert, a paucis retinetur.*

Prostrati sunt in deserto. Haec autem in figura facta sunt. Ecce! ex sexcentis hominum millibus tantum duo venerunt in terram promissam: haec in figura: Quomodo? Theodoretus explicat: Mare inhabitabat lavacrum, nubes gratiam spiritus, Moyses Sacerdotem, Virga crucem, Israel significabat eos, qui baptizabantur: Quid vero duo illi? paucitatem innocentium &c. S. punct. 142. fol. 448.

Dicitur de fonte aliquo, quod noctua caleat, mane refectat, meridie congeletur: Ita erit calor in prima christianitate, tum sensum tepor irrepit, denique fit frigus. M. conc. 34. aff. 2. n. 4.

Pueri, quam acceperunt in Baptismo gratiam, eheu quam cito & facile perdunt. Accidit illis, quod corvis, qui albi nascuntur, & dein magis, magisque nigrescunt. Ratio hujus rei est: quia tenera aetas est instar veris: sol tunc tantum eas habet vires, ut vapores e terra attrahat, non vero tanas, ut eos consumat.

Origines
Hom. 9.
in 1. Jud.

sic in adolescentulis ratio tantum cognitionis quidem habet, ut mali cupiditatem accendere possit: sed tantum non habet, ut excitatum ignem possit compescere: tenuis illa notitia sufficit ad peccatum concupiscendum, non sufficit ad illius horrorem excitandum. P. p. 1. disc. 5. n. 10.

Rabodus Frisonum Princeps a S. VVollamio baptizandus, querebat a Sancto Episcopo, ubi nunc essent sui progenitores, qui sine baptismo decesserunt? respondente Sancto, esse illos in inferno, pedem retraxit a baptisterio, inquam malle fe cum gentis suae heroibus habitare in inferno, quam cum Christicolis in caelo. Sic paulo post infelix obiit, &c. O quam multi gratiam Dei in baptismo impetrant, sed postea, cum ad annos discesserint venerint, eam perdunt; quia cum peccatoribus vitam, non Christi, sed mundi voluptuose ingrediuntur, &c.

16. *Sanctificat per Christi gratiam.*

Frustra clamas Judae: *Sanguis ejus super nos.* Non tibi impenditur hic sanguis, aut etiam tibi impenditur, si hinc clamorem recte intenderis: sit super te sanguis ejus, & confespere ei per Baptismum in mortem. Ita Arnoldus. S. punct. 34. fol. 756.

Swins
23. Aug.

Genesis histrio, dum ceremonias Baptismi in publico theatro ludificat, veritate agnita baptizatur & videt in libro, in quo omnes suae noxae conscriptae erant, omnes extingui. A. 1. lect. 2. n. 19. Constantinus Imp. cum lepram per sanguinem infantum, consilio Medicorum sanare voluit, a S. Silvestro Baptizatus a lepra corporis & animae mundatus est. Leucht. 31. Decemb.

Sanguis Martyrum pro Christo effusus supplet defectum baptismi, ut patet in S. Emerentiana & aliis. Leucht. 23. Jan. in S. Echeo sponsa S. Ursula. Leucht. 21. Octob.

Aqua Baptismatis sanctificatur per Spiritum Sanctum, ut S. Hieronymus ex verbis illis glossando deducit: *Spiritus Domini ferabatur super aquas.* Et haec aquae sanctificatae sanctificant baptizatum per Christi gratiam. C. Gen. 1. vers. 2.

Christi ipse per Joannem baptizari voluit, quia peccata totius mundi in se suscepit, & ut sanctificaret baptismum Joannis: unde Nazianzenus: *Ascendit Joannes, JESUS de aqua, secum quodammodo descendit, moxsum educens, & elsosant mundum.* C. in Matth. 3. v. 13.

Nazian.
in orat. in
Sanct.
Lamb.

S. Maria Ogniacensis vidit infantu-

lum in Baptismo, mirabili candore coruscare, demonem fugere, & Spiritum Sanctum in animam baptizati descendere. Jacob de Vir.

17. *Mirabiliter ministratur.*

In quadam Ecclesia nocte Resurrectionis Dominica solebat fons baptismalis seipsum, sine adminiculo humani manus, aqua implere. Cum autem anno Domini 417. circa diem Paschalis error in Ecclesia irrepit, fons non 25. Martii, qua Pascha erronee celebrabatur, sed 22. Aprilis, quo celebrari debebat, seipsum implevit. In Lusitania festo Coenae Domini in Ecclesia conveniunt Episcopus & populus orantes: dein recedebunt omnibus & Episcopo Ecclesiam annulo sigillari obstringente solet de nocte fons baptismalis seipsum aqua replere, neque minuitur aqua quantumcumque illius asportetur in domos, usque ex usu baptizandorum minuitur. Quidam hereticus incredulus rem hanc ut fabulosam ludificat, & mox in phrenis incidit, altus sigillum una cum Episcopo januae Ecclesiae imprimit, sed in alteram diem non supervivit. D. 4. 85.

In Lycia lapis est baptismalis, qui in festo Epiphaniae & duobus sequentibus diebus annuatim uberrimam aquam fundat, finito baptismate, aqua iterum disparat. Prope montem Enoardum alius est, qui tempore medio inter Pascha & Pentecosten aqua repletur, quae dein iterum disparat. Sanchez part. 7. c. 4. fol. 973. Marchant. de Bapt. lect. 2.

Abillini neminem ante diem quadragesimum baptizant: siquis ad hunc diem non perierit, sine baptismo mori finitur. VV. Art. disc. font. 40. ex. 6.

Moscovitae infantem baptizandum ter in aquam totum immergunt; aqua vero baptismatis singillatim cuilibet infanti consecratur. VV. Art. disc. font. 40. ex. 7. S. Angeli Carmelita parentes Christianum in sacra Hostia corporaliter vident, & a Judaeis conversi ad Baptismum restant. Leucht. 3. Maji.

S. Columba hoc nomen sortitur, quia in ejus baptismis columba super ejus caput apparuit. Leucht. 20. Maji.

S. Fridericus infantem praematura morte abreptum ad vitam revocavit, & baptizavit. Leucht. 7. Martii.

S. Remigius ubi Regem Clodoveum baptizabat, columba de caelo factum oleum attulit. Leucht. 1. Octob.

S. Sigebertus cum a S. Amando Episcopo baptizaretur, ad benedictionem Episcopalem alta voce respondit: Amen. Leucht. 1. Febr.

Cum Proceffus & Martinianus milites custodirent S. Petrum in carcere Marmerino, videntes ejus caelestem vitam & doctrinam, ad Christum conversi sunt. At cum aqua deesset, Petrus signo crucis fontem et rupe excitavit, qui hodiecum post annos mille septingentos adhuc fluit, nec unquam exarefcit. Illud mirum, quantumcumque aquae hauritur, fons non deficit, & si nihil hauriatur, fons non abundat. Hac aqua baptizati milites Divina gratia adeo roborari sunt, ut maxillis saxo confractis, equalco, & candentibus laminis cruciati, non aliud quam illud ingemierant: Sit Nomen Domini benedictum. Marchant. de Sacram. Baptif. lect. 1. prop. 1.

Sicut aquae Marath dulces factae sunt immisso ligno; sic aqua Baptifmalis efficacit redditur per lignum Crucis. Marchant. ibidem, & lect. 2.

18. Emundat a peccato.

Judei odorem spargunt foetulentum, cum autem baptizantur, animadversum est, odorem illum extingui. *Perfusum est Agarenis fore, ut sui liberi tanquam canes male oleant, nisi Baptifinum Christianum sequantur.* Multo magis anima tenus Baptifmus emundat animam, &c. D. 3. 2.

Judeus quidam fabulo in agone baptizatur, & subito convalescit. D. 4. 77.

Post pugnam Melitensium cum piratis Turcicis, inventus est in navigio superato Turca fauciatus, qui medicorum curae commendatus illico fuit. Media nocte clamare Turca & baptifmus petere capit. *Quisitus, quo suafore hanc mentem conceperit? reposuit; sibi apparuisse pulcherrimam Virginem, dicentem: si vis salvus esse, fieri Christianus; dein baptizatus est, & quod mirabile, post baptifmum ex feedo, atroque homine mirum candorem induit.* J. 66.

Olim lepra balneo ex sanguine infantum confecto sanabatur, quod & Medici Constantino Imp. suaserunt: sed certius est, quod sanguis Christi in Baptifmo lepram tantum originalis, quam actualis peccati sanat, prout expertus est idem Constantinus. Marchant. tr. de Bapt. lect. 5. prop. 1.

Nec tantum remittit peccatum, sed & gratiam, & virtutum pulchritudinem animae confert: Cassianus Rex Tartarorum

devastans Armeniam, ubi inauditus Regi Armenorum filiam esse venustissimam, illam in uxorem petiit, & obtinuit. Primo partu Regina prolem enixa est omnino deformem, voluitque Rex uxorem adulterii suspectam una cum prole interficere. Verum rogavit illa, ut sibi liceret prolem baptizare: obtinuit, & ecce! proles baptizata miram induit pulchritudinem, instat terrarum Angli. Quo viso Rex ad sacram fidem conversus est. Bozcius de sign. Ecol. T. 1. l. 11. c. 16.

19. Haereticorum saepe invalidus, & superstitiosus.

Deuterius Arianus Episcopus, aliquem nomine Barbas baptizaturus aiebat: *Baptizetur Barba in nomine Patris pro Filium in Spiritu Sancto.* Et ecce! aqua baptifmalis in ejus manu disparuit. Similiter Judaeus quidam luci gratia sepius se baptizari sinens, cum a Paulo Novatianorum Episcopo baptizari veller, subito aqua omnis evanuit. D. 4. 85. Marchant. de Bapt. lect. 3.

In Anglia, & Suetia plurimis locis ita conferunt Baptifmum, ut praeco in cathedra stans pronunciet formam, & aditus infra stans affundat aquam. Praeterea docent, Baptifmum non esse signum sanctificativum, sed tantum excitativum fidei, ita ut etiam infantes rationis usum donentur ad elicendam fidem actualum.

Demon est emulatur operum Christi; ideo ut aquas etiam baptifmales suspensas redderet, aquis immisit miras superstitioes. Fuerunt olim aquae immolitiarum idolis consecratae, quas Christiani abhorreant: unde cum Valentianum, templum fortunae ingressi, vestem sacrificialis aquae superstitiosa confingeret, ille partem vestis, eo humore tactam, ense rescidit. Sic Satanas aquis colophoniacis & Sacerdotes, & alios reddebant lymphaticos, & gentiles sacris initiatis reserebant quibusdam aquis Ifigidis & Myrthae. Hac omnia machinabatur Satana, ut aquas baptifmales Christianis contemnitibiles efficeret. Marchant. tr. de Bapt. lect. 1. prop. 2.

Mulier Catholica prolem recens nati tam Catholico ritu baptizari iussit, sed obstitit Pater Calvinianus, qui & prolem Matre dormiente ad ministrum Calvinianam detulit: sed ecce! proles inventatur mortua. Igitur Pater, prolem relictam domum, & penes Matrem adhuc dormientem collocavit. Postliminio Matrem

trata

rem evigilantem interrogans, quomodo viveret proles, vivam invenit. Idem lect. 3. prop. 3.

20. Exigit assistentes Patrinus.

Homines sancti frequenter munus Patrinorum in Baptifmo obierunt. Sic S. Adalbertus Frisonum Apostolus, amicus hospitis sui Eggonis filium e fonte Baptifmali levavit. Leucht. 25. Jun. S. Amadobertus Ciofendem. Leucht. 12. Maji. S. Rigobertus Carolum Martellum Regis Pipini filium. Leucht. 4. Jan. S. Gertrudis Virgo Sanctam Virginem Gudulam. Leucht. 8. Jan. S. Livinum Sanctus Augustinus Angliae Apostolus. Leucht. 12. Nov.

Quaerens, quodnam sit munus, & obligatio Patris? Respondeo, 1. Debet pro infante Baptizanti respondere, si dem proficere, mundo renuntiare, ita, ut infans per Patrinum loqui, & sponsonem facere censeatur. 2. Teneat se obstringere ad institutionem infantis, & fidei jubere, quod ille praeepta Dei servare, & in sancta fide perseveraturus sit. 3. Debet, si ita lubet, infanti nomen imponere, non nomen gentilium, sed Sanctorum cum Christo regnantium, quorum virtutes infans cum tempore emulandi addiscat: Sic S. Franciscus de Paula emulatus est virtutes S. Francisci Seraphici, cui in partu oblatum est: S. Nicolaus Tolentinas emulatus est jejunium S. Nicolai Myrensis, ejusque sanctitatem. S. 10. Septemb.

Ex hoc sequitur, quod haeretici non possunt eligi in Patrinus, tum quia non possunt esse fidei iustores pro salvifica fide, tum quia non possunt infanti imponere Nomen alicujus Sancti quia nullum habent; hinc ordinarie suis imponunt potius nomina Judaeorum, quam Christianorum. In Britannia inferiori, Diocesi Leonensi anno 1601. cum puellula baptizanda haeretico Patrinus veller nomen dare, miraculose infans exclamavit: *Maria est nomen meum.* Qua voce Patrinus ille Divinitus repudiari judicatus est. Marchant. tr. de Bapt. lect. 6. de caeremoniis Bapt. &c. Vide etiam C. Dan. 1. v. 7.

21. Conferitur cum caeremoniis.

Caeeremoniae hae in Ecclesia sunt antiquissimae: 1. Ante Baptifmum sunt insufflationes; quia Deus Adamo spiraculum vitae, & Christus Apostolis Spiritum Sanctum per insufflationem delat:

expellitur virtus diaboli, &c. Dein infans signatur cruce, ut in militem Christi inauguratur eo signo, quo in die iudicii agnosceret fuisse Christianus. Item ut crucem cum Christo tolerare discat, &c. Sal adhibetur, ut contra peccatorum putredinem praeservetur, & ut gulum rerum spiritualium, contra mundi delicias capiat, &c. Saliva aures, nareque imunguntur, exemplo Christi circa surdum & mutum, ut discat Divinas inspirationes, & additiones promptae audire, & sequi. Admittunt unctioes olei, ut baptizandus ad locum tanquam Christi athleta inauguraretur.

2. Post Baptifmum inungitur Christum, ut significetur baptizatum factum esse membrum Christi, seu Christianum, quod S. Rex Ludovicus adeo estimavit, ut dicere soletet, se Poliaci, ubi baptizatus est, majorem accepisse gratiam; quam Rhemis ubi in Regem inunctus est Galliarum, &c. Induitur veste candida, qua monetur, ut puritatem animae nulla peccatorum macula confuscet, & libertatem Christi, quam vestis candida significat, nunquam sub servitute diaboli redigi patiatur, si evocatione diabolus ambulet, hinc etiam diabolo & pompis ejus abrenuntiare jubetur, ut sciat, hanc esse professionem Christiani, quam usque ad mortem servare, & nulla infidelitate violare debet, &c. Denique traditur ipsi cereus ardens, ut per lumen cerei significetur fides, per rectitudinem cerei spes, per ardorem caritas. Traditur autem in manum, ut indicetur, has virtutes non tantum in corde haberi, sed opere exerceri debere. Marchant. tr. de Bapt. caerem. lect. 6. prop. 3.

CONFIRMATIO.

22. Est vere Sacramentum.

Sanctus Fabianus Pontifex & Martyr, qui itam post Apostolorum tempora vixit, nempe anno 239. ait: *Dominus 2. ant. Ep. JESUS, postquam convavit cum discipulis suis, & lavit pedes eorum, Chrysmo S. Dion. conficere docuit.* S. Dionysius Pauli discipulus ait: *Baptizatum indutum albo veste ad Pontificem ducunt: ille Divino ac deifico prolixo unguento, Virum signat.* S. Melchisedes Papa: *In baptifmate homo S. Melchisedes confirmatur ad pugnam, &c. confirmatio P. & M. d. conc. 42. n. 2.*

Tunc

42. 8. *Tunc imponebant manus super illos*, conferendo illis Sacramentum confirmationis; quia per hanc manus impositionem accipiebant Spiritum Sanctum, qui est effectus Sacramenti. C. in Act. Apost. c. 8. v. 17.

Dices: Apostoli non utebantur Chrismate: nihil enim de hoc legitur in Scriptura, sed tantum de impositione manus. Respondet certum est, quod Apostoli in hoc Sacramento usi sint Chrismate, 1. Quia in aliis Sacramentis potestatem non habuerunt, illa sine ordinata materia administrandi: ergo nec Sacramentum Confirmationis. Nullus etiam ex antiquis Patribus dicit, Apostolos diverso modo, nunc cum, nunc sine Chrismate administrasse. 2. Sub nomine impositionis manuum comprehenditur etiam unctio; in Hebræo enim manus imponere significat etiam inungere. 3. Patres, quando dicunt, solos Episcopos dare Spiritum Sanctum per unctionem Chrysmatis, id probat ex loco Act. 8. ubi soli Apostoli manus imponebant: ergo aperte significant in illa manus impositione fuisse comprehensionem Chrysmatis unctionem. Certe familiare est Scripturæ res multas conjungi solitas per compendium perstringere, una tantum expressa: sic dicit Apostolos baptizasse in nomine Christi, Eunuchum credidisse Filium Dei &c. C. Act. 8. vers. 17. Marchant. de Conf. Lect. 11.

23. Eius antiquissimus usus.

Tempore S. Ambrosii circa annum 410. vixit S. Maurilius Episcopus Andegavenfis. Is cum quondam in procinctu erat SS. Missæ Sacrificium licendi, conveniebatur a femina, quæ agrotantem secum præferbat puerum, rogitans Sanctum Præselem ut illi Sacramentum Confirmationis conferre dignaretur. Sanctus Vir nolens disserere Sacrificium perrexit ad altare, & interim puer mortuus est. Indoluit S. Maurilius suæ negligentia, utroque in eius pœnam cedens Episcopatu in Angliam transit, non rediturus, nisi miraculi Dei dispositione a suis inventus, impensivè precibus rogatus eorum votis cessisset. Leucht. 13. Septemb.

S. Joannes Evangelista cum Ephesi moraretur in juvenem incidit optime moratum, & magnis naturæ dotibus ornatum. Hunc Episcopo educandam, instruendâque commendavit. Episcopus recepit juvenem in sua, imbutumque sacris legibus, sancto Chrismate communiavit. Sed negligentius observa-

tus, juvenis, latronibus se aggregavit, qua ratione deinde a S. Joanne quaesitus, inventusque ad penitentiam redactus sit, fufe narratur in Vita S. Apolloli. Leucht. 27. Dec.

S. Bonifacius Prifæ Apostolus, postquam multos sacro fonte lavit, diem i-
pſis facæ Confirmationis indixit. Sed ingrati Frifones eo die & loco, ubi S. Prifcum accipere poterant, & debebant, Sanctum Bonifacium cum sociis crudeli martyrio interfecerunt. Leucht. 5. Junii.

Cum Apostoli audirent, quod Samaritania receperit Verbum Dei, miserunt Petrum & Joannem, ut eis manus imponerent, & darent Spiritum Sanctum.

24. Cur insignitur alapa?

Cardinalis Toletus ait: 1. Ut recordetur suscepti Sacramenti; diu enim recordamur injuriarum, & diutius quam beneficiorum. 2. Ut confirmatus ita-
tim induatur Christi vestibus, que sunt alapa, & injuriæ. 3. Ut eius fortitudo probetur, experimentum fit, an pro Christo sustineat pati, &c. S. punct. 8. f. 567.

Sanctus Chryſologus ait: *Putasne potest iste vulneribus invenire victoriam, qui nec ista palme acquirere vult coronam? potest iste morte inquirere gloriam, cui pro honore Divino gravis videtur injuria?* S. punct. 13. fol. 587.

Sciat Christianus se in Confirmationis Sacramento militem Christi constitui, cujus pugna, & victoria non in inferendis, sed tolerandis verberibus consistit: sic Apostoli *ibant gaudentes a conspectu Concilii, quoniam digni habitii sunt, pro nomine JESU contumeliam pati*. Porro pugnandum est contra hostes invisibiles, sicut Christus in cruce debellavit aereas potestates, sic SS. Martyres contra tyrannos pugnarunt, non feriendo, sed patiendi, & gloriante percutienti alteram maxillam præbendo.

Alapa insignitur, ut significetur Christiano, Spiritum Sanctum, ejusque celestia charismata & virtutes non acquirit per popinos, & lanæ blandimenta, sed per verbera, & persecutiones.

25. Est remedium contra infirmitates corporis & anime.

Julianus Apostata quondam Diis suis offerens varias incantationes fecit, quæ tamen nullum effectum habebant, hinc prærens aderat juvenis Christianus; hinc magus

magus proclamabat: *Lotus procul abſte, & unctus*, id est baptizatus, & confirmatus. D. 4. 26.

Quidam cæcus custodiendis pecudibus perfecte præfuit, ita ut etiam vacuorum colorem discerneret. Cum autem confirmatus fuit, hæc ars, quam ope demonis possidebat, ab eo recessit. E. Verb. Confirmationis. n. 1.

Duo cæci per sacram Confirmationem lumen oculorum recipiant. Quidam lunaticus per S. Malachiam Episcopum facit Christum ab ea infirmitate liberatur. E. Verbo Confirmationis n. 2, 3, & 4.

Sicut balnatum factores depellit, spurcisque odoribus adversatur; ita hoc Sacramentum per inunctionem olei & balsami, infernales fetores, & demonis artes fugat; hinc restatur Lactantius, per præsentiam Christiani confirmati demones sæpius in fugam actos, atque impediendo fuisse, ne in idolis & sacrificiis responsa darent, atque ea de causa multos & Christianis martyrio confectos fuisse. Marchant. de Sacram. Conf. Lect. 2.

Exemplum hujus rei habemus in Juliano Apostata: cum Diis sacrificare vellet in delubro, sacrificuli nullum oraculum impetrare ex idolis, aruspices nullum signum & visceribus animalium eruere poterant. Exclamat ergo aruspex & ipse Imperator: *si quis adeſt, qui Christum colit, lotus & unctus, prodeat, & se prodit!* Et ecce! unus ex armigeris Augusti prodens, & arma humi projiciens: *Ego, ajebat, Ego Christum Deum colo, cujus baptismo lotus, & Chrismate unctus sum, ideo Diis vestris obmutescunt!* Oblupuit tota multitudo, & ipse Imperator fuga se abripuit. Idem ib.

26. Mutare debet hominis mores.

Aliqui in Confirmatione assumunt aliud nomen: Sic S. Hermenegildus assumpsit nomen Joannis, & Justus Calvinus ad fidem conversus, & a Clemente VIII. Romæ confirmatus vocari deinceps voluit Justus Baronius; in honorem sui patris Cardinalis Baronii: cur autem mutantur nomina? ut confirmati adinveniantur mutationis morum. D. 4. 99.

S. Episcopus Pharae cæcum per sanctam Confirmationem illuminat, &c. Sanchez part. 7. c. 4. fol. 973. Ita Sacramentum Confirmationis cæcitate animi dispellere, & ad agnoscendas veritates æternas illuminare debet.

Cum de Spiritu Sancto in Scripturis

dicatur, quod non habitat in corpore subdito peccatis, hoc ingens debet esse motivum homini Christiano confirmato, ut a peccatis abſtineat, ne Divinum Hospitium ex anima sua expellat. Marchant. de Sacram. Conf. Lect. 11.

Non sine mysterio Christus Dominus materiam huius Sacramenti voluit esse oleum, balsamo mixtum, nam 1. sicut oleum nutrit & confirmat; ita hoc Sacramentum animam corroborat. 2. Sicut oleum ignem alit; ita hoc Sacramentum, lumen fidei, & ardorem caritatis nutrit, & augete debet. 3. Sicut oleum seruum & lignum a rubiginis, tineis, & carie præſervat; ita hoc Sacramentum a vitii animam præſervare debet. 4. Sicut oleo ungebantur Luctatores ante pugnam; ita hoc Sacramentum roborare non debet contra demones & fidei hostes. Denique sicut balnatum præstantissimum odorem effundit; ita Christianus odorem boni exempli spargere debet, quo exemplo fere tot infideles converteri vult, in quem verbo Dei. Marchant. de Sacram. Conf. Lect. 2.

27. Est Sacramentum utilissimum.

S. Maurilius Episcopus dicit infanti ministrare Confirmationem, & infans moritur. Maurilius tanta suæ negligentia poenitudine corripitur, ut etiam Episcopatu cessante, ad eandem non nisi miraculo reductus. R. 1. cent. 2. part. mir. 9.

Roborat contra tentationes fidei: *ideo nos uncti, quia luctatores contra diabolum &c.* affect. R. 1. cent. 12. in Joann.

S. Melchisedes Pontifex ait: In baptismo regeneramur ad vitam, post baptismum confirmamur ad pugnam: in baptismo abluiamur, post baptismum roboramur.

Sicut infans multis infirmitatibus obnoxius est, ita ut indigeat opera & auxilio Matris: ita baptizatus ex se infirmus est propter penalitates ex peccato originali reſiduas, consequenter indiget confortamento, quod est Sacramentum Confirmationis. Lucian. T. 1. conc. 41. n. 1.

Auget etiam merita, & gloriam in cælis: Romani Imperatores præ omnibus aliis regibus habere præcedentiam indubitatum est: nihilominus Rex Franciæ Carolo V. Romanorum Regi cælestem litem moyse de digniore loco, ex eo solum principio, per Antonium de Prato Regis Galliæ Cancellarium approbato, quod Carolus V. eo quod nondum unctus esset Regi Franciæ Unto primæcedere.

dere teneatur. VV. art. disc. font. 71. ex. 1. Quidquid sit de hac controversia, puto quod unctus per Sacramentum Confirmationis tam in gratia, quam in gloria non unctio ceteris paribus precedat.

28. *Roborat Christianum in fide.*

Ante Festum Pentecostale, & præsertim in Passione Domini Apostoli erant infirmissimi, postea facti sunt invicti & intrepidi. S. Gregorius ait: *Quales ante adventum Spiritus Sancti fuerint, scimus, post adventum illius cuius fortitudinis facti sint, conspiciamus.* Lucian. 1. 1. conc. 42. n. 5. *Sicut exigit militaris ordo, ut cum Imperator quemcumque in numerum receperit militum, non solum signet receptum, sed etiam armis competentibus instruat pugnaturos,* ait S. Melethades Pontif. Lucian. 1. 1. conc. 42. n. 7.

Neque in Baptismo Samaritarum, neque in Baptismo Eunuchi legitur, visibiliter datum esse Spiritum Sanctum, sed id reservatum est Sacramento Confirmationis, utpote in quo confertur robor, & plenitudo Spiritus Sancti ad libere proficiendum, & prædicandam fidem Christi. C. in Aq. Apost. c. 8. v. 16.

In hoc Sacramento datur donum caritatis, & fortitudinis, quo fortiter dimicemus contra adversarias potestates in militia Christi. Hoc dono Apostoli sibi orbem subiecerunt, & qui antea trepidi inter parietes latitabant, postea non solum in Judæa & Samaria, sed in toto orbe Christi crucifixi fidem, usque ad gladios, rogos, & farragines prædicarunt. Iisdem armis per Sacramentum Confirmationis instructi Martyres pro fide decertant. S. Cyprianus Martyrum coronas Sacramento Chriftianitatis attribuit. Dum contra illi, qui Sacramentum hoc neglexerunt, maxime in hæresin, & apostasiam inciderunt; quia negligentes Deum, a Deo neglecti sunt. Marchant. de Sacram. Conf. Lect. 4. Dayeroult. de Conf. num. 12.

29. *Deputat ad servitium Dei.*

Sicut olim Dominus Deus ex oleo, Exod. 30. myrrha, & cinnamomo unguentum confici præcepit, quo tabernaculum, vasa, & suppellex universa ad cultum Dei consecrabatur: ita per oleum sacre confirmationis homo corpore, & anima ad servitium Dei deputatur. Marchant. de Sacram. Conf. Lect. 2.

Dices: Etiam gratia Baptismalis deputat hominem ad servitium Dei. Respondedo, magna est differentia inter utramque gratiam. Nam 1. Gratia Baptismi facit hominem tyronem fidei, sed gratia Confirmationis facit Militem Christi. 2. In Baptismo datur Spiritus Sanctus ad veniam, in Confirmatione ad pugnam, ibi mandamur ab iniquitate, hic munimur virtutibus. 3. Gratia Baptismi facit Christianos, sed gratia Confirmationis facit Apostolos: Apostolice ceperunt sapientiam, eloquentiam, caritatem, fortitudinem, & miraculorum donum, ita ut Christi fidem usque ad mortes cruentas professi sint. Gratia confirmationis facit Martyres: certe robor Martyrum merito adscribitur huic Sacramento. Habetur ab experientia, multos in hæresin, & apostasiam incidisse ob neglectum hoc Sacramentum; non enim frustra invocatur a Pontifice Spiritus Sancti septiformis gratia, quam dum aliqui negligunt, etiam a Deo ita negliguntur, ut facile in errorem inducantur. Marchant. de Sacram. Conf. Lect. 4.

Propterea hoc Sacramentum imprimi charactera, ut sicut milites ex signo militari dignoscuntur, quod v. g. Imperatori aut Regi Galliarum militent; ita demon ex hoc caractere statim agnoscat, hunc Christianum ad militandum pro Christo, & Dei gloriam hoc Sacramentum in auctoratum esse.

EUCCHARISTIA.

30. *Dat vitam spirituales, & eternam.*

Conavit illum pane vite, & intellexit: Eccl. 15.
Christus, Patris sapientia, seipso, quali pane vivo & Divino nos realiter pascit, itaque nos vivificat, ut nos faciat resurgere ad vitam immortalem, juxta illud: *Panis Dei est, qui de caelo descendit* Jo. 6.
& dat vitam mundo. C. Eccl. 15. vers. 3.
Eucharistia vitam etiam communem dat omnibus fidelibus, hinc dicitur *Communio, seu Communis unio*. 1. Quia cibus est, cui assidens communicat omnes fideles. 2. Quia est cibus in individuo cuique communis, id est Corpus Christi, quod non fit in aliis cibis. 3. Quia unum corpus facit omnes, qui de uno pane participant. 4. Quia omnibus fidelibus quasi unam Divinam morum conjunctionem facit; hinc Eucharistia est S. Dionys. Eccl. Hier. c. 24.
omnium Sacramentorum consummatio & perfectio. C. Act. 2. v. 42.

Eucha-

Eucharistia comparatur favo ex triplici ratione. 1. Quia sicut favus continet mel, ita Corpus Christi continet animam ac Divinitatem. 2. Sicut favus fit ab apibus, quæ virgines sunt; ita Corpus Christi ex purissimo Immaculatæ Virginis Sanguine, cooperante Spiritu Sancto factum est. 3. Sicut favus femel dulce & ori & stomacho; ita Eucharistia miram instillat animæ consolationem, & delectationem spirituales. S. Cant. 5. v. 1.

Manna habet analogiam cum corpore Christi: 1. Quia sapor & dulcedo utriusque æqualis. 2. Quia non sapit nisi relictis ollis Ægypti, id est voluptate carnis. 3. Infidelibus & avaris vertitur in vermem. 4. Post Manna pugarunt Hebræi cum Amalec: ita post Eucharistiam pugnamur contra tentationes &c. Manna sunt consolationes spirituales, & gaudia Beatorum. C. in Exod. 16. v. 35.

31. *Mutatur miraculose in varias species.*

S. Vvittekindus Saxonæ Duk tempore Paschali Sacre Christianorum Communionis adfuit. Vidit in Sacra Hostia, quæ a Sacerdote distribuebatur, pulcherrimum ac caelesti luce radiantem puerulum, qui nonnunquam lætus in os ingrediebatur, nonnunquam tristis & reluctans. Eo viso ejuravit idololatram. N. 7. Jan. Cranzius 1. 2. Saxon. c. 23.

B. Paula a S. Teresa S. Hostiam in forma flammæ, undique scintillas ejaculantem vidit, simulque audivit vocem: *Ignem veni mittere in terram, &c. Marchant. 9. Jan.*

Judæus quidam ex curiositate S. Basilium sacrificantem visurus, in manibus Sancti Episcopi videt gloriose radiantem puerulum: eoque portento conversus ipse cum tota familia Baptistum suscepit. Dayeroult. de Sac. Euchar. tit. 8. num. 4.

Judæus Præge in Bohemia fide Baptistum suscipiens, Sacram Hostiam in Communionem acceptam secum in Hungariam detulit, eamque cuidam Judæo donavit. Hic convocatis sociis, experientiam facturus, an revera Christianorum Deus hic lateret, Hostiam cultus vulneravit. Ex continuo effluxit sanguis. Fulmen etiam in ades illapsum scelus prodidit. Judæi capitali supplicio confecti sunt. Flores exempl. c. 5. tit. 3. Ex. 11.

Auti plurali Parisiis Sacra Hostia mutatur in elegantissimum infantulum, ad cuius aspectum tere totum regnum confluit. B. Serin. 5. n. 43.

In Hispania ante irruptionem Maurorum volebant Christiani belliduces Sacram Communionem sumere, sed quoniam ab hostibus jamjam imminuentibus impediuntur, interim Sacra Hostia in corporali asservantur, dum post relatum a Christianis victoriam iterum exponuntur, videntur interim copioso sanguine fillasse. D. 10. 41. E. Eucharistia num. 27.

Mulier non credens suos panes, quos ipsa coxerat, in Christi Corpus mutatos esse, orante S. Gregorio videt illos in carnem figuratos. Artianus hæreticus & Sacra Hostia, quam puer Catholicus secum domum asportaverat, videt tres pulcherrimas præsentia excrecere. Sacerdos dubitans de præsentia Christi videt, dum Hostiam frangit, copiosum sanguinem ex ea fluere, &c. Sanchez 7. part. c. 4. fol. 970. seq.

Quidam indignè communicans vomitum coactus ejicere SS. Hostiam, efficit elegantissimum puerulum. Quidam faeces ciborum ablatum cum SS. Hostiis in paludem projicit, & subito locus caelesti fulgore tandem coruscavit, donec Hostia ab Episcopo collecta fuit. In Hispania in urbe Dorocora sex SS. Hostiæ, quæ ob irruptionem Maurorum a belliducibus lumi per tempus non poterant, a Sacerdote occultantur, & postea sanguineis guttis resperse inventurur. Mulier ad cupendum amorem mariti SS. Eucharistiam secum domum fert, & super carbones affare vult, sed SS. Hostia in carnem conversa est. Mulier illam abiecit sub sinetum, sed tandem post septem annos rem aperuit Sacerdoti, qui SS. Hostiam eruit. Est hodie dum incorrupta, &c. Marchant. Candel. Myll. tr. 4. lect. 6. in fine.

Mulier panem, quem ipsa pioferat, vocat Corpus Christi audiens, dobit, & dein SS. Hostiam in altari in digitum mutari videt. E. Eucharistia n. 12.

32. *Quanta reverentia colenda sit.*

Sara, quia inadverterent ridet in præsentia Angelorum, corripitur: Quid tibi fiet, dum præsentè Deo rides? S. punct. 18. fol. 65.

Jacob in Mesopotamiam itinerans timore corripitur, quia in illo loco dormit, ubi flo tempore adificandum tabernaculum præcognovit. S. punct. 18. fol. 66.

Angeli apud sepulchrum tanquam apud celum manent, ait Chryostomus, ut ostenderet Deum ibi fuisse. S. punct. 152. fol. 479.

Jofue